

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Securitas h  
cum fontibus proximo et primo

Quelibet occulta loca sine gracia infusa animas saluare non possunt.

Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate iustus fuit, in monte peccauit.

Sed ista cur dicimus cum maiora nouerimus?

Quid enim paradiso iocundius? Quid celo securius?

Et tamen homo de paradiso et angelus de celo peccando cecidit.

Gregorius in omelia quadam et ponitur XL. distinctione.

Idem Gregorius, [lib. VI. Reg. Epist. 5.]

Quelibet occulta loca sine gratia animam saluare non possunt,  
quod aliquando in ipsis quoque conspiciamus erratibus electorum.

Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate iustus fuit: in monte peccauit.

Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus?

Quid enim paradiso iocundius? quid celo securius?

et tamen homo ex paradiso, et angelus de celo peccando cecidit.

Gratianus, *Decretum*, 1.40.10 (*Corpus iuris canonici*, vol.1,  
A. Friedberg ed., col.147).

Sed superna mihi iudicia aduersari conspiciens iugo conditoris  
subdidi ceruicem cordis, hoc praecipue perpendens quia  
quaelibet occulta loca sine gratia Dei animam saluare non possunt.

Quod aliquando in ipsis quoque conspiciamus erratibus electorum.

Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit, in monte peccauit.

Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus?

Quid enim paradiso iocundius, quid caelo securius?

Et tamen homo ex paradiso peccando et angelus cecidit e caelo.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 7.5 (CCSL 140,  
D. Norberg ed., pp.449-50, ll.74-82).